



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars Prima. De Iurisdictione Et Foro Competenti. Pars Secunda. De
Praeeminentiis & Praecedentiis

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XCII. Lucana Iurisdictionis. An professores militiarum S. Jacobi de
Spata, de Calatrava, de Alcantara, SS. Mauritii & Lazzari, & S. Stephani ac
similium, sint veri Religiosi; Et quatenus non, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74087](#)

absque tela iudicaria cognosci debent ad text. in cap. qualiter & quando il secundo in fine de accusacionibus, Lap. alleg. 73. numer. 4. & ceteri plenè collecti per Adden. ad eundem litt. M. ac pluries dixit Rota, præstern in Postianen. Abbatia prima Julii 1647. coram Celsō inter suas decis 25 numer. 9.

Et ex qua ratione, causas Regularium extra ipsum ordinem, eisque superiores, tib quorum nomine ultra proprios Prelatos Regulares verius Cardinalis Prosector, & hæc laica Regularium Congregationis plenè probat Fagnan. in cap. de Priore de appella, ubi referuntur determinationes particularis Congregationis de anno 1650. eisdem de ordine Innocencii X. ne Regularis ordinaria Tribunalia forensia audeant.

Nilominus dicebam hæc rectè procedere, ubi agitur de causis & controversiis, vel inter ipsos Religiosos in particulari, vel inter Religiosum & Monasterium, sive inter unum Monasterium & alterum, & sic in causis, quibus dicta ratio congruat. Secùs autem ubi controversia esset cum aliquo seculari, quoniam tunc, tanquam in casu, tam in verbis, quam in ratione per dictam Constitutionem omisso, intacta remaneat juris dispositio, ut causa coram suis iudicibus ordinariis & competentibus cognoscatur juxta regulam texti. in cap. si clericus laicum de foro competenti, de auctore convenienti etiam in suo foro, ut advertitur per eundem Fagnan. in dicto cap. de Priore n. 21. Et hic erat casus, quoniam dum auctor, jam in vim retroactionis ab annulatione professionis resultans, se declaraverat ab initio secularis, idcirco, quemadmodum in aliis controversiis, quas tractari contingeret inter Monasterium, eisque affiliatos, vel administratores secularis, coram forensibus, & ordinariis Tribunalibus in forma iudicaria id lequi deberet, ut quotidiana inconclusa praxis docet, ob cœlestem dictam rationem, ob quam inter ipsos Religiosos aliter statutum est, ita in praesenti.

Alia etiam fortiori ratione ponderata, quod resulteret alijs inconveniens, ut inducta ad favorem restoriqueretur inodium, atque ille, qui in statu religioso scens ita professionis invaliditatem non sine culpa se ingessit in religiosis muneribus, ac illa administratione, quæ non nisi religiosis professis conceditur, resultaret commodum & privilegium in praedictum Monasterium innocentis, & quodammodo ita injuria- tivel offensi, contrâ scripti & naturalis juris principia, quoniam juxta quotidianam praxim Signature gratia, processus appellatio remota regulariter non conceditur nisi justa concurrente causa inducente in potestate quamdam gratiae seu privilegii concessio- nem, qua causa restringi solet, vel ad arcam sanguinis conjunctionem, vel ad nimiam paupertatem, seu progravibus dissidiis vel scandalis evitandis, sive in iuriibus vitalitiis ob gravem æratem, cum similibus ex deducit per Marchesan. de commiss. sub tit. de commiss. appellat. remota, & habetur pluries in sua materia sub tit. de iudicis & judicialibus; Quo polito resultaret alias absurdum, quod auctor ita, ut dictum est, ab aliqua culpa non jejunus, istam gratiam seu privilegium procedendi summarie & appellacione remota obtineret contrâ Monasterium, cui innocent & offenso ita præjudicari diceretur, Quoniam appellatio dicitur species defensionis, quæ regulariter tollenda non est, nisi quoties aliqua justa & potentior causa concurrat, quæ sufficeret alteram causam seu rationem, cui hoc beneficium à lege introductum innatum est, dum hujusmodi Sacrae Congregationes ut po-

Card. de Luca de jurisdict. & foro compet.

tē summarie & in forma potius extrajudiciali procedentes, non habent judicialium instantiarum diversitatem, ab appealationis beneficio resultantem; Ac etiam quia, dum procedunt, ut dictum est in forma extrajudiciali, incongruae illis videntur causa formalem processum exigentes, ut in declarationibus editis per eundem Sextum V. decernitur, quod in praesenti exigi videbatur, Tum quia ad effectum inspicendi, an administrationis partita dati & accepti, essent fideleri in libris descriptæ, pernecebat oportebat examinare testes, ac inducere peritos, aliaque facere probationes, Tum etiam quia eadem probations requirebant ad justificandum, an bona penes dictum auctorem reperta, dum in statu religioso defacto erat, quæ sita essent intuitu & occasione Religiosi, seu status religiosi, vel potius aliund obvenerint ab hoc statu independenter, cum ab hoc penderet determinatio, an restituenda essent nec ne, vel potius Religioni seu Monasterio quæ sita, Et sic ex pluribus vere justa & probabilis videbatur dicta Monasterii petitio, quæ tamen ob concors temperamentum, ex prudentialibus motivis à me quoque laudatum & consultum, ulteriore progessum non habuit.

L V C A N A J U R I S D I C T I O N I S. A D I N S T A N T I A M R E I P U B L I C A E *Responsum pro veritate.*

An professois militiarum S. Jacobi de Spata, de Calatrava, de Alcantara, SS. Mauriti & Lazzari, & S. Stephani ac similiis, sint veri Religiosi; Et quatenus non, an faltem sint personæ Ecclesiasticae exemptæ à jurisdictione & foro laicali. Et in specie de militia S. Stephani, an in aliquo ab aliis militiis differat.

S V M M A R I V M.

- D**e electione militiae S. Stephani, & casu controverbia.
- S**ub nomine Ordinariorum locorum qui ve- niant.
- V**erbum, aliud denotat similitudinem.
- P**apa an possit vel soleat excimere laicos subditos Principium secularium, eosque subiungere alteri Principi & n. 14.
- E**x solito seu stylo Papa desumitur ejus voluntas.
- D**e operatione clausula sine praedictio, & quando hac intret in gratiis praedictis.
- A**n milites S. Jacobi de Alcantara & de Calatrava & similes sint religiosi.
- A**n predicti & similes sint capaces successionis fe- derum.
- A**n sint persona Ecclesiasticae.
- D**e pluribus differentiis inter militiam S. Stephani & alias milicias Ecclesiasticas.

- 11 *Militia S. Jacobi de Alcantara, & Calatravahabent indultum Apostolicum super exemptionem fori.*
 12 *In dielis militiis fit annus novissimus, ac etiam attenditur etas prescripta à Conc. Trid. quod non procedit in illa S. Stephani.*
 13 *De magno Magistro dictarum alias nū militiarum.*
 14 *De eadem conclusione, de quan. 4.*
 15 *Quæ & qualia vota emittantur in his militiis.*
 16 *De observantia circa exemptionem fori professorum militiarum Ecclesiasticorum.*
 17 *De antiquis multibus Gaudenibus, Templariis, & Hospitalariis.*
 18 *De circumstantiis, ob quas observantia magis deferendum est.*
 19 *Quando exemptio hujusmodi militiarum intret, & de declarationibus Sac. Congregationis.*
 20 *Reprobantur aliqui Doctores.*
 21 *An processus & acta contrà exemptum valeant ob non oppositam declinatoriam.*
 22 *Commenda militiae S. Stephani quomodo regulentur.*
 23 *An isti milites gaudente beneficio deducto negentur.*

DISC. XCII.



Ostquam ex concessione Pii IV.
 Cosmus Florentiæ & Senaturæ
 Dux, anno 1651. erexit militiam,
 sub invocatione S. Stephani Papæ
 & Martyris, cuius ipse Dux, ejusq;
 pro tempore successores, essent
 M. Magistri, atque de anno sequenti, idem Pius di-
 citam militiam jam erebat, ejusque ordinationes
 confirmavit, & approbavit, eidem militiæ ejusque
 professoribus plura concedendo privilegia, præter
 illud exemptionis per verba praæcita, ab omni juri-
 dictione, superioritate, visitatione, dominio, & po-
 testate quorumvis Archiepiscoporum, Episcoporum, a-
 liorumque locorum ordinatariorum, illosque immediate
 subiecti dicto Duci, tanquam M. Magistro in spiritu-
 aliis & temporalibus eis modo & forma, quibus in
 ipsius militiæ statutis & ordinationibus continetur, ita
 quod ipsi locorum Ordinarii, nullam in eos juri- dicti-
 onem, superioritatem, dominium vel potestatem etiam
 ratione cuiuscumque contractus, delicti, vel alterius
 rei exercere valeant, &c. ut patet ex tribus ejusdem
 Pii litteris seu Constitutionibus impressis in volumi-
 ne Statutorum ejusdem militiæ seu Religionis, qua-
 rum duas sunt etiam impressæ in Bullario inter illas
 dicti Pontificis Constit. 60. & reassumit etiam Vivian.
 de Jurepatronatus par. 2. lib. 6. cap. 2. num. 19. cum se-
 quen.

Cum autem unus ex dictæ militiæ professoribus
 Civitatis Lucenæ ex causa insultus in milites præsidia-
 rios, per M. gisatum illius Reipublicæ ser. ser. nul-
 la opposita fori declinatoria, ad quamdam pœnam pe-
 cuniariam condemnatus esset, dictaque condemnatione
 sequuta, de illius nullitate opponeretur, ob fori
 laicis incompetentiæ; Hinc proinde ex parte
 Reipublicæ, cum præsupposito quod à tempore ere-
 ctionis dictæ militiæ usque ad illud causis controver-
 sia, semper ejus Officiales cognovissent causas
 civiles, criminales & mixtas hujusmodi militium,
 alias ratione originis, vel domicilli, aut contractus seu
 delicti subditorum, absque eo quod quicquam in
 contractum sequutum esset, consilium pro veritate

petuit à pluribus clari nomini Italiz I. C. cum qui-
 bus ex erronea forte vulgi opinione, vel agentium af-
 fectione, placuit eidem, seu pro ea agentibus, me quo-
 que desuper consulere.

Respondit pro clariori resolutione, duas consti-
 tuendas esse inspectiones, Unam inspecta dicta Con-
 stitutione Pii IV, tanquam jure speciali & privilegia-
 tivo, Alteram, quatenus ex ista id non resultaret, in-
 specta dispositione juris communis, & hujusmodi mi-
 litiæ naturæ seu qualitate.

Quatenus pertinet ad primam, credebam pro
 meo iudicio, dictam Constitutionem in verbis sùptâ
 registratis non comprehendere calum exemptionis à
 foro sacerdotali, ac jurisdictione & potestate proprii
 Principis, ex triplici ratione, Primo, qualoquitur de
 potestate, jurisdictione, & superioritate Archie-
 piscoporum, Episcoporum, & aliorum Ordinariorum
 loci, sub quorum nomine in Sacris Canonibus, Con-
 ciliis, & Constitutionibus Apostolicis, & apud Cano-
 nistas, regulariter veniunt ac explicari solent superio-
 res Ecclesiastici, ordinariam Episcopalem vel quasi
 jurisdictionem habentes, ut post antiquiores ab eis
 allegatos, habetur apud Cochier de jurisdictione in
 exemptis par. 1. qu. 1. Paris de resignat. lib. 3. q. ii. Bar-
 bos de appellat. verborum appellat. 176. Rota deci-
 cis. 798. par. 4. divers. 373. par. 11. rec. & passim, ac ha-
 betur frequenter in praecedentibus hoc ut occasione
 jurisdictionalium controvèrsiarum inter Ordinarios & Praelatos inferiores, vel exemptions; Quod
 clarius observabā comprobari, quia in verbis ut supra
 registratis, enunciantur Archiepiscopi, Episcopi, &
 alio locorum Ordinarii, dum verbum *alius* deno-
 dat similitudinem ex collectis per Barbos. dict. 26. nu-
 mer. 1.

Secundò, quia extrā temporalem ditionem Sedis
 Apostolicae, quidquid sit de potestate, an scilicet pos-
 sit Papa, laicos & subditos Principum laicarum ex-
 ratione alicuius pii instituti ab eorum jurisdictione &
 eximere, illosque subiecte jurisdictioni alterius Principis
 laicarum, qui in alienis ditionibus privative
 ad proprios dominos jurisdictionem, & imperium
 exerceat, super quo puncto, integrum locum veritati
 relinquent, manus apponere non censu; Atta-
 men admissa etiam potestate, certum est, Papam non
 de facilis ad hujusmodi potestatis exercitum devenire
 solitum esse, ut in magis planis terminis concursus
 in collatione beneficiorum, cognitione caularum in
 prima instantia, & similibus, etiam cum Ordinariis
 Ecclesiasticis ejus subditis, & cum quibus absoluta
 potestas est indubitate, receptum habemus, ut præter-
 tum in proposito concurrendi cum ordinariis collato-
 ribus habetur apud Gonzal. ad reg. 8. §. 1. & 4. proem.
 Rot. deci. 25. num. 11. par. 10. rec. & haberet actum in
 Cesaraugustana Canonicas sub tit. de Canonis &
 alibi, Quod latius attendendum est ad metiendam seu
 interpretandam voluntatem, quæ à stylo seu consue-
 tudine defumenda venit, ut apud Mantic. dec. 214. §
 Gregor. & adden. dec. 150. nu. 2. ubi add. in fin. adden.
 ad Buras. dec. 501. nu. 11. & frequenter, Nil obstante,
 quod Sedes Apostolica hujusmodi privilegia concede-
 re consuevit consimilibus militiis, quoniam in illis
 diversa militat ratio, ut infra,

Et tertio propter clausulam *sive alicuius prejadicatio*, contentam in prima Constitutione, per quam
 conceditur facultas hujusmodi militiam fundandi, cu-
 jus clausula virtus & operatio est, juxta latius notiorum
 & frequens axioma, prima reservandi quodcumque
 alterius jus vel præjudicium; Et licet receptum econ-
 versò sit, in novis erectionibus tanquam gratis per-
 necesse & de sui natura præjudicialibus, hujusmodi
 clausulam

clausulam non facere suam consueram operationem, prout neque obstare regulam de jure tertii quæsito non tollen, juxta decif. Seraph. 1445. cum aliis suprà in Romana jurisdictionis sicut tituli Cardinalitii hoc cod. tit. disf. 34. ac etiam hoc eodem libro sub tit. de praeminentiis in Messanen. disf. 9. &c in aliis; Nihilominus id procedit quoad expressa & incompatibilia ad evitandam contradictionem & repugnantiam, secùs autem in non expressis & compatibilibus. Unde cum dicta Constitutione de Principiis secularibus, ac foro laicali non loquatur, nullaque dignoscit videatur incompatibilitas, idcirco dictæ clausula contuta operatio tribuenda est, potissimum verò pro interpretatione voluntatis, Aliis etiam rationibus ut supra ponderatis insimul unitis cum regula, ut singula quæ non præsumunt, &c.

Quare examinando articulum in puris terminis iuris communis, occasione militarium S. Jacobi de Spata, de Calatrava, & de Alcantara, Disputant DD. anistæ sint veræ Religiones, earumque milites, & professores veri religiosi; Et quatuor habentur diversæ opinions, quas, earumque sequaces distinxerunt & recenter Carleval. de judiciis tom. 1. disput. 2. ex numer. 413 qui forte omnium latius de his militiis agit, & relativè ad eum Uſin. de success. feudorum par. 1. 8 q. 9. art. 4. numer. 6. occasione agendi de istorum militum capacitate in successione feudorum, de qua obtuso occasione agendi de capacitate ejusdem successio- nis militum S. Joannis Hierosolymitanii habetur a- & cum in Venetina successionis sub iuri. de feudis disf. 16. & ad satietatem colligit Corrida de Aragon. 8. ex nu- mer. 81. cum seqq.

Quamvis autem apud Morales, ac aliquos modernos Canonistas, magis communiter recepta videatur opinio affirmativa, ut professores dictarum trium militiacum habendi sint pro veris Religionis, ut ceteris allegatis habetur apud Barbos. de potestate Episcopi alleg. 12. numer. finali Sperell. doc. 2. numer. 14. & sequens. Carleval. loco citato num. 415 quibus annexi possunt Novar. & ceteri, ut infra idem dicentes in fortioribus terminis hujus militia S. Stephani.

Nihilominus, ex communī sensu antiquorum Canonistarum, ac etiam moralium, excepta militia S. Joanni Hierosolymitani, quam indubiatum est esse veram Religionem, omnino verior, magisque recepta est opinio, quam teneat Rota & Curia Romana in contrarium, ut apud Seraph. decf. 587. Cesar. de Graff. dec. 1 de probat. Duran. dec. 95. & 308. quarum secunda est repetita apud Post. de manut. dec. 326. Romana dotti 11. Februario 1647. coram Bichio, que omnes decisiones loquuntur de dictis tribus militiis Sancti Jacobi de Spata, de Calatrava & Alcan- tara.

Et de militia Sanctorum Mauriti & Lazzati, quod non sit vera Religio, minusque ejus professores Religionis seu Regulares Rota in Veronen. pensionis 23. Februario 1600. coram Lancellotto, in qua supponitur hujus militia prof. flores emittere formiter vota solemnia, eodem modo quo illi dictarum aliarum trium militiacum.

Etenim individuo hujus militie S. Stephani apud Seraph. dec. 121. repetit. dec. 591. par. 1. divers. & in vo- trium Rota Auditorum registratio dec. 228. par. 3. rec. cum quibus pertransiunt Garz. de Benef. par. 1. cap. 4. num. 17. & sequens. & ceteri beneficia iste com- muniter, dicta que decisio Seraph. ac votum habentur in eodem volumine Statutorum istius militie, ubi etiam de aliis declarationibus in idem tendentibus, Un- deliquerat ab ipsamet. Religione expediens reputatum Card. de Luca de jurisdic. & foro compet.

fuisse excludere qualitatem regularem, ac veræ Religiosi, & cum quo sensu etiam hodie per ipsius officiales & administratores proceditur, ut etiam infra insinuatum, habetur relative ad causam in Pisana Prioratus de Grifomibus de qua sub iuri. de Jure patro- natu.

Verum quia in suprà allegatis decisionibus, præ- tertim vero in dicta Romana dotti 11. Februario 1647. coram Bichio, & apud Duranum dicta dec. 95. & 308. in quibus de dictis militiis Hispaniae, & in dicta Veronen. coram Lancellotto, in qua de altera Sanctorum Mauriti & Lazzari, quamvis excludatur qualitas religiosa seu regularis, admittitur tamen, ac supponit qualitas Ecclesiastica, quam admittunt etiam Garz. & ceteri dictam qualitatem Regularis negantes, quod scilicet hujusmodi professores sint per- sonæ Ecclesiasticae a foro laicali exemptæ, idcirco in proposito nullius operationis remaneat dicta inspectio, super qualitate regulari seu religiosa, cum ad effectum præsentis controversiæ, sufficeret dicta qualitas Ecclesiastica, ad quam restringitur difficultas.

Quidquid autem sit quoad hujusmodi qualitatem respectu dictarum militiarum, de quibus loquuntur præfatae decisiones & auctoritates, ac alia apud Carleval. Novar. & Sperell. ut supra, illam tamen dicebam non ita locum habere in ista militia ex pluribus differentiæ rationibus ex quibus non benè à dictis aliis nullitis ad istam in- fertur.

Primo quia dictis militiis, S. Jacobi, de Calatrava, & de Alcantara, supponit, expresse & specialiter concessa fuisse inducta Apostolica super exemptione fori laicalis, præsertim per Alexandrum, Lucium, Urbanum & Innocentium respectivè tertium, Gregorium Nonnum, Martinum Quintum, Leonem Decimum, Pium Quintum, Clementem Octavum, & Paulum Quintum, ut per Didacum de la Motta de confirma- tione ordinum Divi Jacobi lib. 1. cap. 4. §. 2. 6. 7. 29. & 35. & alibi; Barbos. de Episcopo dicta alleg. 12. nu. 45. Sperell. dicta dec. 2. de Marin. resol. 44. l. b. 1. Carleval. dicta disput. 2. nu. 420. & 425. cum sequens. Formofin. de judicis & foro competenti, tom. 1. ad text. in cap. 2. eod. iii. de foro competenti quæst. 16. Novar. de elect. fori par. 2. quæst. 69. Mastrill. dec. 290. ubi reg strantrur literæ Regiae continentis indulcta Clementis Octavi, & Pauli V. Unde quicquid sit de dictorum indultron obliterantia & executione, quæ neque est uniformis, ut infra, illa non habentur in specie per istam militiam, quoniam tam in dictis Constitutionibus Pii IV. quam in aliis Pii, Sixti, & Pauli respectivè Quinti, de ista militia S. Stephani loquentibus, eique plura privilegia concedentibus, nullum verbum ha- betur de exemptione fori laicalis, quam in dictis aliis militiis, multi ex suprà allegatis in hujusmodi indultis fundant.

Secundò quia, licet etiam dictæ alia militia, juxta opinionem, quam ut suprà sequitur Rota, & quæ in puncto juris omnino verior censenda videtur, non sint veræ & propriæ Religiones, Nihilominus in illis, ad Religionum instar, servatur dispositio, tam juris communis, quam Sac. Conc. Trid. circa annum probationis, ac circà etatem ab eodem Concilio ad professionem prescriptam, ut ceteris allegatis restatur Sperell. dicta dec. 2. n. 52. Et tanquam abolitum (up- ponit) Carleval. in materia veratissimum, dum ex num. 439. plenè tractat quæstionem, an idem fori privilegium competat Novitii.

Econversò autem in hac militia dicta juris com- munis vel Concilii dispositio, tam circa etatem, quam circa annum probationis non attendit Seraph. dicta

dec. 121. & dicta dec. 228. par. 3. rev. quæ sunt etiam impiæ in libro statutorum ejusdem Religio-

nis.

Tertio quia dictæ tres militiae Hispaniarum, in sua prima origine, cum longæva observantia, habebant proprium Generalem, seu M. Magistrum, aliisque Praetatos & Superiores, per electionem sibi constitutos de eodem ordine respectivæ, absque aliquæ nationum, vel personarum differentia, eodem modo quo practicatur in militia S. Joannis Hierosolymitani, unde proprieatæ non intrat illa potissima ratio inconveniens, seu præjudicii alii Principibus resultantis, quod abquis Princeps laicus, sub hoc pio prætexu sibi assunmat potestatem in alienis Principatibus & ditionibus exercendi privatam juridictionem in eos, qui ratione originis, vel domicilii sunt aliorum Principum subditi, ac verè & defacto in propriis dominibus, cum uxoribus, & filiis, vivunt more aliorum seculacrum, in nihilo ab istis differentes.

Non sic est in ista militia, quæ ab ipso erectionis initio nata est subdita invariabiliter unius Principis secularis, qui forte, ad instar illicum militiarum, quas ceteri Principes in eorum ditionibus exercebant, ut sunt, e.g. illa aurei velleris in Hispania, & Spiritus Sancti in Gallia, cum similibus, hanc militiam speciem in propria ditione erigere voluit, unde intrant de plano absurdâ per DD. in proposito considerata, non quidem, ut supra dictum est, in ordine ad potestatem Papæ imprimendi etiam in alienis subditis aliquam qualitatem Ecclesiasticam, ex qua de consequenti exemplo fori laicalis proveniat, tanquam dictæ qualitatis effectus, ex collectis per Sperell. dicta decis. 2. num. 111. cum sequen. Carleval. dicta disput. 2. num. 427. (quam in ditionem upotè non necessarium assumere, & formiter examinare neglexi,) sed solum, ut supra dictum fuit, ad regulandam ejusdem Ponificis voluntatem.

Et quamvis præfata tres militiae, per Alexandrum VI. in perpetuum essent commendatae Regi Hispaniarum pro tempore, qui ita natus esse earum professor, & perpetuus M. Magister, hujusmodi militias administrans per quoddam particulare Contilium, ordinum, nuncupatum, quod tanquam species distinctiori, constitutum est ex eorumdem ordinum professoressibus, ex iis, quæ habentur in *Toletana de Velez subit. de Regularibus*, Attamen id non immutat plenum militiarum substantiam seu naturam, ac earum erectione impiæ, neque tollit statum jam legitimè firmatum, Adinstar Monasteriorum & Beneficiorum Regularium, quæ dantur in commendam clericis secularibus; Seu adinstar Episcopatum, qui dantur in commendam seu administrationem personis in ordine Episcopali non constitutis, cum similibus, quoniam est accidens circa solam administrationem unius Praetauræ, reliquis omnibus Praetauris, & officiis in suo primævo statu continuantibus.

Quarto fortissime, quia in dictis aliis militiis, prævio anno probationis ut supra, fit solemnis professio, cum formalímissione votorum obligantium, ne-dum ad peccatum juxta voti naturam, sed etiam ad sacrilegium, apostasiam, & alia ex hujusmodi solemnium votorum violatione resultantia, ex collectis apud enudem Sperell. dicta decis. 2. num. 55. & sequen. Quinimò in istis militiis amittetur formale votum continentia, quod moderno tempore ex Apostolica dispensatione concessa per *Pantum II. commutatum* fuit in castitatem conjugalem, ut de militia Alcantara

habetur *apud Rot. dec. 266. numer. 6. par. 2. divers. & generaliter de omnibus Mastrill. dicta decis. 290. nn. 129. cum sequen.*

Non sic est in ista militia, in qua, nullo prævio formali novitatu, non emituntur formalia, & solemnitas vota, sed solum fit quædam solemnitas susceptionis habitus, cum aliquibus promissionibus super virtutem, & stabilimentorum observantia, non habentibus formam voti, neque obligantibus ad peccatum, ut expresse disponitur in dicta Constitutione 60. Pii IV. §. 3. & bene ponderatur in dict. voto seu decisi. 228. par. 3. rec. ubi habetur quod etiam Canonici facultates in ingressu aliquas promissiones facere solent, Quod in proposito militum devotionis S. Joannis Hierosolymitani, bene ponderatur per Rot. in Englat. bæreditatis coram Veropio decis. 15. par. 11. rec. repetita post resol. Diana par. 10. ubi adducitur exemplum Monasterii Turris Specularum Urbis, in quo illæ Oblatae in actu susceptionis habitus, seu in quadam alia solemnitate, que vulgo dicitur professio, plures faciunt promissiones, & quidem super observan-
tia strictissimæ ac satis rigorosi instituti, & tamen sunt simplices Oblatae, non autem professio ex deductis per Ciria. controv. 504. ac habetur de illis actum sub iii. de successionebus, & alibi. Eademque promissiones fieri solent in dictis aliis militiis merè secularibus, aurel velleris, & Spiritus Sancti, cum similibus, quia, ut dictum est, non sunt vota, sed promissiones simplices, quas etiam faciunt illæ Canonissæ Germanæ, de quibus apud Lotter. de Benef. lib. primo quæst. 19. n. 15, quæ tamen sunt seculares cum similibus.

Et nihilominus, etiam in dictis tribus militiis, S. Jacobi, de Alcantara, & de Calatrava, in quibustot circumstantiæ, ac differentia rationes concurrunt ut supra, adhuc receptum est, circâ forum deferri observantia, quæ in eadem Hispania est diversa, juxta singulorum Regnorum seu Provinciarum mores, seu causarum qualitates, ut testatur *Larrea alleg. 64. Cortiada dicta dec. Aragon. 8. n. 94. cum seq. nbi* referit etiam in ipsam Hispaniam diversas illorum Regnum confuetudines & Carleval. ubi supra num. 454. in fine, qui num. 438. idem testatur de observantia Regni Neapolitan., ob non receptas seu non exequitorias litteras Regias continentis Apostolicas Constitu-tiones *Clementis VIII. & Pauli V.* Et in Regno Siciliae ultrâ id servati, quia dictæ litteræ fuerunt exequitoriae, testatur *Carol. de Graff. de effectu clericat. primo num. 115.* ubi tamen de contraria observantia militum Sanctorum Mauriti & Lazzari, ac istorum S. Stephanii, quipariter in hoc Regno Siciliae citrâ, jure merè secularum sine dubio trahantur; Ideoque cum in præfenti, certa supponeretur observantia, etiam nativa, & ab ipsam erectione, per seculum & ultrâ continua, dicebam videti esse in casu indubitabilis, quoniad si illa sufficit, & attenditur in dictis aliis militiis admodum majores circumstantias habentibus, multò magis in præsenti de statu seculari magis participantem supra.

Ea etiam satis notabili circumstantia circa hujusmodi observantiam ponderata, resultante à nimia vicinitate, & adjacentia istius Principatus seu ditionis cum Civitate Pifana, ubi est hujus Militiaæ fedes Metropolitica, & resident ejus Officiales majores, ita ut omnino certa, & inexcusabilis videatur scientia, & patientia, magis quam in aliis remotioribus ditionibus. Et rimbombi magis ubi subsisteret facti præsuppositum, quod quandoque impleri M. Magister, vel ejus primi ministri, litteras istorum militum com-menda-

mendatitias Magistratibus sacerdotalibus scriptae sunt, ita enim omnis difficultas cessare videbatur.

Posito enim quod, ob instituti pietatem, atque ob Sedit Apostolicae auctoritatem, & approbationem, hujusmodi professores in aliquo differant a mere sacerdotibus, ita ut largè, & impropriè dici valeant personæ Ecclesiasticae, ad instar antiquorum militum, 17 *Gaudentium Hospitaliorum, Templariorum, & similium, de quibus loquuntur Bartol. I. Semper 5. qui busdam f. de jur. immunitate Speculator, tit. de Statu monachorum quæst. 36. Abb. in rubr. de Regulari. nu. 4. & in cap. 2. de foro competentiu. 11. Socin. cons. 13. lib. 1. benè Cos. de Graff. dec. prima de probat. num. 18. & ceteri per Mastrill. Sperell. Carleval. & alios ubi supra;* Nihilominus cum non sint veri Clerici, seu Religiosi, quo casu, ob omnimodum incompetentiam, seu incapacitatem intrat in effectu o cuiuscumque contrarietate conseruandis, vel praescriptionis ad verius Ecclesiastican immunitatem, ut potè juxta unam opinionem probabilem, à jure divino manantem, negari non potest calum esse ambiguum, in quo proinde deferendum sit dictæ observantiae.

Dicataque observantia fortius attendenda est ob duplum circumstantiam, Primum scilicet, quod non est modicum temporis, quod etiam sufficiens reputatur ad interpretationem, sed est annorum 100, & ultra, unde sufficit ad quamcumque privilegiatiavam præscriptionem, seu melius ad probationem cuiuscumque tituli de mundo melioris, & sic etiam declarationis Apostolicæ; Et secundum quod non agitur de præscriptione (seu con)uerudine dativa, tollente scilicet jus jam possestum & qualitatem, sed de nativa, id est si opponente principio acquisitionis, ac impediente ultimam, & executionem dicti indulti Apostolici, eodem modo quo in fortioribus terminis indultorum dictarum aliarum Religionum, expresse continentium exemptionem fori, ob non usum, (seu non receptionem ab initio), cum successiva loogissima observantia, habetur apud allegatos loquentes de utriusque Sicilia Regnis & aliis ditionibus.

Et sic ea, quæ per scribentes in materia dicuntur, ut in aliquo deferendum sit Apostolicae auctoritatis, 19 cum qua hujusmodi militia erectora est, ac etiam pietati instituti, ut potè similitudinari illius militiæ S. Joannis Hierosolymitanæ, recte procedere dicebam, velut in casu quo res esset integra & recens, ita ut dicta contraria observantia non obstatet, Vel ubi econverso observantia assisteret, ut supponitur assistere in Statu Ecclesiastico, in quo tamen non multum super hujusmodi exemptionibus insistit, ut potè in effectu fecerit inanibus, ob utrumque gladium, quem idem Princeps habet in manibus dum Papa in hac ditione, est Pontifex, & Rex, cum potestate puniendi, tam laicos, quam Ecclesiasticos, & exemptos, nondè propterea nil refert, an id agat per unum & alterum ex ejus militiis.

Atque ita dicebam responderi ad aliquas declarations Sac. Congreg. immunitatis quæ circumferuntur occasione exemptionis istorum militum a collectis & oneribus laicalibus in una Urbe vetana & in una Novariensi, seu alia, & quæ deducebantur etiam in Roma, na liberacionis à molestis disputata in Rota, & de qua sub tit. de credito super quæstione, an hujusmodi milites S. Stephani gaudenter beneficio capit. Odoardt de solutionibus, cum dictæ declarations percurrent vel casus contingentes in Statu Ecclesiastico, vel cum præsupposito observantiae, secus autem ubi ista per seculum & ultra, & ab ipso inicio est in contrarium, cum observantia in proposito omnino deferendum videatur ut supra.

Hinc proinde dicebam, nullatenus curandum esse deis, quæ tumultuario studio, ut ipsemet testatur, & cum satis debilibus fundamentis dixit *Navarr. conf. 10.* 20 *de Regulari. lib. 3. juxta unam impressionem, alias conf. 23. quod isti milites essent veri Religiosi, dum ex præmissis hoc dictum manifestè convincitur erroneum;* Prout, & nullam rationem habendam esse de inconsiderata comparatione, quam faciunt *Novar. de elect. fori dicta quæst. 69. num. 31. Barbos. de Episcopo dicta alleg. 12. num. 45. Caball. tract. criminal. casu 225. nn. 15. & seq.* & alii de ista militia, cum præfatis Sancti Jacobi, de Calatrava, & de Alcantara, ob tot notabiles differentias ab eis non consideraras, potissimum vero, nullatenus deferendum esse *Caballo*, ut potè hujus militiæ, vel ejus M. Magistri stipendiario, ad solam oportunitatem, non autem ad veritatem scribenti, & sic testi suspecto, ut etiam dici potest de *Ansaldo*, & similibus, ejusdem militiae ministris seu stipendiariis.

E his statibus, respondendo pro exemptionis exclusione, præsertim ex motivo observantie ut supra, inanem censu alteram quæstionem particularem, an scilicet, posita etiam exemptione, adhuc tamen quoad validitatem processus & condemnationis obstatet 21 non opposita declinatoria, ut credit *Martia de iuris dictione par. 4. centur. 2. casu 123. numer. 34. cum sequen.* Quando autem de hoc puncto agendum esset, tunc polita exemptione, probabilius pro nullitate geltorum respondentium esse dixi, non quidem ex auctoritate *Ansaldo* acriter impugnantis *Martiam ubi supra* in ejus tractatu de *jurisdictione par. 2. tit. 10. cap. 15. num. 119. cum sequen.* cum ut supra, hic sic testis suspectus in his materiis modica fide dignus, ut potè minister seu stipendiarius, sed ex ratione generali text. in cap. cum contingat de *foro competenti*, quod scilicet exemptio respecti favorem & privilegium totius Ordinis ejusque M. Magistri, & Praelatorum, ideoque, si etiam expressus consensus subditus non attenditur in præjudicium superioris & ordinis, multo minus tacitus resulans ex non opposita fori declinatoria, ut in terminis militum Sancti Jacobi *Crescent. decisi. 3. de foro compet. refert & sequitur de Marin. dict. resol. 44. nu. 14. lib. primo.*

Ad plures autem annos post datum hoc responsum, occasione scribendi in *Pisana Prioratus seu Comenda de Grisombus*, de quo substitut. de *Jure patronatus*, magis me confirmavi in hac opinione, quod scilicet haec Militia, nequum ex defectu noviciatus, & professionis, absque formalis emissione votorum, dici non posset Religio, etiam si renenda esset opinio moralium id affirmantium in dictis aliis militiis S. Jacobi, de Calatrava, & de Alcantara, undò potius dicendum vegetat pium institutum sacerdotalium.

Sed quod neque dici valeat vere & propter militia Ecclesiastica, dum per ejus Statuta, ita ab ejus Praelatis & administratoribus interpretata, proficitur illas commendas more primogenitorum, & fideicommissorum sacerdotalium potius, quam more beneficiorum, seu Commandarum Ecclesiasticarum regulare, etiam ubi non proveniunt ex sola foundatione privata & temporali, sed ubi qualitas Ecclesiastica per veritatem quoque concurrit, vel in toto, vel in præponderanti ut in dicta Pisana, unde propterea hujusmodi præfessiones videntur incompatibilis, nisi dicatur, qualitatem Ecclesiasticam attendi solum debere in eo quod expedit ex deductis in eadem Pisana, cum aliis quæ habentur in dicta Romana liberacionis à molestis sub titul. de credito, ubi de supra insinuato articulo, an hujusmodi milites gaudente beneficio deducere tiegeat, quod ibi probabilius erediti competere ex qualitate militaris potius quam ex altera Ecclesiastica seu clericatus,